

2869 d. m. | T. Iul. Proculi | fabri principa[l.] | III Concordia, na[t.] | Sur., mil. ann. XXVII | vix. ann. III (sic), C. Saeniu[s] | . . . mulus h. b. m. f.

Neapoli (X 5427 vidit Mommsen) in parte aversa lapidis extat titulus qui sequitur.

2870 d. m. | L. Aurelio Forti fabro dup[licario] lib.¹ Fide, natione | Sardo, vixit annis LII mil[itavit] annis XXV, M. Cari[s]ius Fronto heres b. m. fecit, | curante Arruntio Petroni[ano] amico optim[o].

Neapoli (X 5425 vidit Mommsen). — 1) Liburna.

2871 d. m. | L. Iuli Valentis dupl. | caementari ex clas. pr. | Misens. (sic), natione Syri, | vixit an. XL, mil. an. XXII, | Flavia Marina uxor | viro bene merenti.

Neapoli (X 5444 vidit Mommsen).

2872 C. Vettio C. f. Claud. | Grato archit.¹ class. | pr. Mis., sibi et Meviae | Quintae coniug. suae | et Sallustiae Secundae | matri eius, et libertis libertabus | posterisque eorum meis. | H. m. s. s. h. n. s.²

Tersat prope Fiume, videtur esse ex agro Neapolitano (X 5592 vidit Conze). — 1) Architecto. — 2) Hoc monumentum sive sepulcrum heredem non sequetur.

2873 d. m. | I.¹ Seleucus nation[e] Seleu[ciensis] miles clas. pr. Mise[natium], militavit annos | XXX, scenicus principalis², | vixit annos L, Antonia | Theodote soror fecit.

Neapoli (X 5487 aliquoties descripta saec. XVI. XVII). — 1) Apographa variant inter I, T, L. — 2) Cum scenae vocabulum in re nautica adhibitum esse testetur Pollux 4, 89 (ἐξεῖ ποῦ, sc. κατὰ πρῶμναν, σκηπὴ ὀνομάζεται τὸ πηγνύμενον στρατηγῶ ἢ τριηράρχῳ), Ferrero (armate romane p. 60) putat ab hac scena hunc scenicum appellatum.

2874 . . . ilo Pinthsi | f. de triere | Quadrig., vixit | an. XXXV h. s., | symphonicus.

Brundisii (IX 45 vidit Mommsen).

2875 d. m. | L. Valerius Victor | ex II[I]¹ Fide, natione | Sardus, victimari[us] principalis, | militavit annis | XXIII vixit annis | XXXI, Aurelia Sp[es] coiugi b. m. | fecit.

Miseni rep. (X 5501 solus descripsit Accursius). — 1) II traditur.

2876 Athenio de | III Danae coro[narius]¹, Quartae | Aufidiae uxori suae | benevolenti eius et | honoris causa | fecit, h. s. e.

Ravennae (XI 50 vidit Bormann). — 1) Coronarium eum fuisse putant qui confecerit coronas ad ornandas naves et diebus festivis et redeuntes in portum (Ferrero armate romane p. 64).

2877 L. Domitius Demetri f. | Demetrius subunc.¹ de III | Concord., sibi et Arruntiae | Gennae coniugi bene | merenti et L. Annio Sp. f. Prisco | et libert. libertab. posterisque | suis eorumque omnibus fecit.